

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theologiae Doctor,  
Professor & Ecclesiastes. Ad Orationem, Quam in Auditorio Maiori hora crastina  
decima Habebit Joachimus Roverus Hamburgensis, audiendam Invitat omnes  
Cives Academiae**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737677325>

Druck Freier  Zugang



Programm für  
Verteidigung d. J. Röver's

F. Quistorp.  
R. U. theol. 1627.



*ad Cap. Theol. Mecht. 29.*

RECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
JOHANNES QVISTORPIUS  
S. S. Theologiæ Doctor, Pro-  
fessor & Ecclesiastes.

*Ad*  
ORATIONEM,

*Quam in Auditorio Majori hora crastina  
decima*

HABEBIT  
JOACHIMUS ROVERUS  
*Hamburgensis,*

audiendam

Invitat omnes Cives Academiæ.



ROSTOCHI

Literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.  
Anno M. DC. XXVII.

*1627*

15. April 1771

JOHANNES OVI...

ORATIONE



Rostock  
Inchoantibus...  
anno M. DC. LXXII



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS

JOHANNES  
QUISTORPIUS

S.S. Theol. Doct. Professor  
& Ecclesiastes.



Uod Xenocrati Philosopho ho-  
mini egregio quidem, naturâ ta-  
men subtristi & moribus paulo a-  
speri oribus prædito à Platone,  
dictum legimus, Gratiis ante o-  
mnia sacra fac ô optime Xeno-  
crates, apud Plutarch. in Mario:  
id nos præcipuè inculcandum  
ducimus iis, qui foro applicent  
mentem, & Augustissimam Juris Scientiam tractare, &  
in Reipubl. luce versari aliquando concupiscunt; Gra-  
tiis inquam Gratiis Græcis & Latinis sacra facienda sunt,  
litare Musis, litare humanioribus literis debet, quem-  
cunq; leges, quem scita Themidos, quem honores mu-  
niaq; civilia delectaverint. Si quod enim est vitæ genus,  
si quæ studiorum ratio, quæ multum Musis debeat, & à  
Bonis literis adjumentum sibi opemque requirat, ut o-  
mnes in omnibus disciplinis, his plurimum nos adjuvari

A 2

intelli-

intelligimus: tum certè Jurisconsulti ij sunt, qui nisi le-  
ctione assidua bonorum authorum adjuventur, & hoc  
gratiarum melle studia sua quasi condiant, in multis sæ-  
pe cogantur hæere & subsistere. Equidem, si rectè ad-  
vertas, duo ab cultore industrio efflagitat Themis, ut  
nempe, quid justitia præcipiat, Æquitas suadeat, Leges  
approbent, benè discat, & quæ didicit in administratio-  
ne Reipublicæ ad usum civium commodè deinde adhi-  
beat. Componat ipse præceptis Æquitatis animum  
suum, sed & moneat & commoveat populum, ut publi-  
cæ quoq; actiones juxta justitiæ normam tanquam ali-  
quam statuam Mercurialem dirigantur, & tutissima cre-  
dantur utilissimæq; quæ juri & legibus congrua sunt:  
Curandum ut quod ipsemet fieri debere cognovit, hoc  
etiam velint & approbent calculis suis cives, quibus addi-  
xit operam. Est autem opinor nemo, tam inexpertus  
ignarusq; omnium rerum, qui primùm, cognitionem  
nempe legum, polliceri sibi ausit sine bonis literis: aut  
certè si quisquam tam rudis invenitur, qui nulla lingua-  
rum intelligentia, nullâ literarum scientiâ, nulla antiqui-  
tatis cognitione instructus animum ad jus civile appu-  
lit, & humanioris literaturæ alis destitutus, excelsum il-  
lud cacumen nihilominus contingere se posse somniat,  
ipso usu tamen, stultorum optimo Magistro, deprehen-  
det tandem, nihil se didicisse, nisi quod senex, velit nolit,  
perdendum fateatur. Quam multa enim ubiq; occur-  
runt in Veterum Juris Antistitum libris, unde Nobilissi-  
ma ista scientia unice petenda est, quam multa ex anti-  
quitate petita, ad quæ tanquam scopulos allidantur Bo-  
narum literarum contemptores? quam multa Recondi-  
tam Eruditionem redolentia, ad quæ tanquam præcipi-  
tia

tia circumagantur Elegantioris Doctrinae irrifores?  
quam multa ex veteribus scriptoribus & consuetudine de-  
prompta, quæ ubi illiterati isti aspexerint, hæreant neces-  
se est stupeantq; non secus ac si in alium quendam terra-  
rum orbem delati forent. Novimus, apud majores no-  
stros, cum damnosa ista & pestifera opinio invaluisse,  
nihil cultum orationis, nihil historiae veteris notitiam,  
ad eos qui graves ac serias disciplinas meditantur perti-  
nere, quanta & quam cæca caligo universum Doctiorem  
orbem obtexerit, qualemq; rerum ignorantiam in Ju-  
risprudentiâ quoq; linguarum neglectus pepererit, ubi  
sola infœlicia & artium bonarum ignara factila, obstite-  
runt sæpe solertissimis alioquin & ingeniosissimis juris  
interpretibus, quo minus rectè multas leges interpreta-  
rentur, quas ope restitutarum disciplinarum facillimè multi  
nunc assequuntur. Hæ enim solæ faculae, quibus tenebræ  
dispelluntur. Hæ Ariadnæ lini vicem præstant, quo in  
anfractibus recurvis gressus diriguntur: Has tanquam  
Helicen inconnivis oculis observabit, quicumq; immen-  
so isti Jurisprudentiæ Oceano se committit, nisi velit vel  
fluctibus ejusdem abripi, vel syrtibus absorberi, vel ven-  
tis debere ludibrium. Nonne hæc Lampade illustrarunt,  
his opibus exornarunt, his adjumentis ad pristinum vi-  
gorem reducerunt Jurisprudentiam nostro tempore Do-  
nelli, Alciari, Fabri, Budæi, Hotomanni, Cujacij, Brisso-  
nij, Rittershusij, cæteriq; legum & literarum celeberrimi  
antistites? quemadmodum etiam ex Veteribus Anti-  
stium illum Labeonem Jurisconsultum nobilissimum, la-  
tinarum vocum Origines rationesq; perculluisse, eaq;  
præcipuè scientiâ ad enodandos juris laqueos usum ali-  
cubi testatur Gellius. Quid autem porro in civili vita,




ubi populo persuadendum quod nosti justum & utile, credisne Bonarum literarum auxilio te carere posse? Adeone vœcors, ut quod omnibus fatendum, non agnoscas, aut impudens, ut quod omnes agnoscunt, fateri nolis, Eloquentia Respublicas consistere? Eloquentiâ res præclarissimas geri? Eloquentia effici, quod nolentes impellimus, fessos concitamus, mœrentes recreamus, perterritos à metu abducimus, gestientes comprimimus, cupiditates, iras, affectus commovemus, frænamus, restinguimus? Ejus arma improbis exilium minantur, infœlicibus præbent refugium: Ejus viribus contumacia rebellium retunditur, audacia perditorum frangitur, benè consulta approbantur, dissipantur nefariæ in patriam inita machinationes, & profligari pudoris homines ipsi se ad servitutem juris coguntur sapius astringere. Nam ipsa vitæ præcepta, etiam si naturâ honesta sint, nescio tamen quomodo plus valent ad formandas mentes, quoties pulchritudinem rerum, claritas gravis & numerosæ orationis illuminat. Quæ de causâ egregiè mihi videntur Celtæ Sapientissimi homines, idæam & exemplar Boni Moderatoris Rerum publicarum expressisse, quando, Luciano teste, Herculem pingebant senem, ex cujus linguâ penderent infinitæ catenulæ, quæ auribus audientium alligatæ, confertissimam turbâ civium ad ipsum concionantē Herculem attraherent & allicerēt. Neq; n. iis qui fasces Rerum publicarum tenent, aliqua Herculis leonina pellis est, cujus formidine oculi mentesq; turbentur civium. Non gestant manu terribilè aliquam clavam, cujus metu percussus obsequium præbeat populus; illa illa quæ ex ore emittuntur gravia, acuta, nervosa, & aures & animas penetrant.

erantia sauciantiaq; verba, illa sunt tela, quæ in mentibus auditorum flexanimum relinquunt aculeum, sunt vincula, quibus constringuntur cives, ut in quemcunq; velit orator habitum transformetur libentes, quasi vi quadam mentibus allatâ, eantq; qua vel contra nitentes orationis torrenti flumine abrepti fuerunt.

Merito igitur Bonis omnibus approbari debet, propositum Ornatissimi & Eruditissimi Juvenis J O A C H I M I R O V E R I Hamburgensis, civis nostri, qui cum se à parente suo Amplissimo prudentissimoq; Viro, huc ablegatum nosset, ut animum Jurisprudentiæ scientia excoleret, quo suo tempore speratos optatosq; fructus recipere inde posset inclyta patria, noluit tamen imparatus ad tantum opus accedere, crudaq; propellere ad leges studia, sed potius id credidit sibi negotij dari, ut & præter studium Juris, Elegantiorum literarum & eloquentiæ dotibus imbueretur, ut sciret, quomodo dicere deberet, si quæ dicenda, didicisset. Quare non tantum in optimis authoribus evolvendis, & indaganda antiquitate operam insumpsit, & diligenter insumit, verum etiam successivas horas eruditæ Orationi conscribendæ impendere voluit, conscriptamq; publicitus recitandam duxit, more in Nostra omnibusq; bene constitutis Aca-  
demiis ut receptissimo, ita laudabili. Quid enim multa legisse & cognovisse juvat, nisi lectis uti didiceris? Quomodo autem lectis cognitisq; uti disces, nisi periculum tui feceris aliquando, & Exercitatione publica multorum te sententiis judiciisq; subjeceris? Producendi in arenam sunt, ut cælum pati incipiant, quibus in sole semper vivendum est, & primo quoq; tempore, dum & venia & spes est & paratus favor, & audere non dedecet, & si quid

si quid desit supplere potest ætas, studiorum fructum promere debent nec differre tyrocinium in senectutem, qui aliquando ausuri sunt. Cum igitur crastini diei horam decimam matutinam elegerit, qua ornatissimus hic Juvenis prodeat in conspectum vestrum, disseratq; in honoratissimo Academicorum patrum consessu, de gravissimâ Dignissimâq; auditu Materiâ, de Libertate nempe Felicitateq; literatorum his in gravissimis motibus bellicis: qua quidem nos possumus humanitate & benevolentia invitatum volumus, Omnium ordinum cives Academicos Dn. Doctores Professores, verbi ministros Magistros, & Studiosos, Nobilissimos eruditissimos, eras ut hora dicta in Auditorio Majore comparere, suaq; honorifica presentia Dissertationem istam publicam exornare non dedignentur. Quod ipsum ut æquum, statutis Academicis consentaneum, facitq; ad honorem studiorum Eloquentiæ: ita nos omni benevolentia genere officium istud repensare semper studebimus. P.P. Rostochij die 22. Novemb. Anno M. DC. XXVII.








erantia fauciantiaq; verba, illa sunt  
bus auditorum flexanimu relinq  
vincula, quibus constringuntur civ  
velit orator habitum transformen  
quadam mentibus allatâ, eantq; q  
tes orationis torrenti flumine abrep

Merito igitur Bonis omnibus ap  
positum Ornatissimi & Eruditissimi  
MI ROVERI Hamburgensis, ci  
se à parente suo Amplissimo pruden  
ablegatum noffet, ut animum Jur  
excoleret, quo suo tempore sperat  
recipere inde posset inclyta patria, n  
tus ad tantum opus accedere, crud  
ges studia, sed potius id credidit fib  
præter studium Juris, Elegantioru  
quentiæ dotibus imbueretur, ut sei  
deberet, si quæ dicendâ, didicisset.  
in optimis authoribus evolvendis, &  
tate operam insumpsit, & diligente  
jam successivas horas eruditæ Oratio  
pendere voluit, conscriptamq; pu  
duxit, more in Nostra omnibusq; b  
demiis ut receptissimo, ita laudabil  
legisse & cognovisse juvat, nisi lecti  
modo autem lectis cognitissq; uti c  
tui feceris aliquando, & Exercitat  
rum te sententiis judiciisq; subjecer  
renam sunt, ut cœlum pati incipian  
per vivendum est, & primo quoq; t  
nia & spes est & paratus favor, & au



n menti  
m, sunt  
emeunq;  
quasi vi  
a niten-  
et, pro-  
A CHI-  
qui cum  
ro, huc  
scientia  
fructus  
impara-  
e ad le-  
ri, ut &  
& elo-  
lo dicere  
tantum  
antiqui-  
erum et-  
endâ im-  
irandam  
tis Aca-  
m multa  
is? Quo-  
ericulum  
a multo-  
ndi in a-  
sole sem-  
am & ve-  
edecet, &  
siquid